

pingi non posse: nullus tamen induci possum, ut credam, homines exemplis humanas vires, ac potentiam plane transcendentibus magis commoveri, ac trahi, quam iis, quæ assequi, atque exæquare valent; præsertim cum indubitatum sit, quod hæc exoptatam imitationem eliciant, illa vero infœcunda admiratione tantum, & stupore animum obruant.

## MEDITATIO IV.

DE

## NOVELLATORIBVS CIRCA CAUSAS POLITICAS.

## §. I.

**P**oliticem cum Politia, græce πολιτεία, confundunt complures: inter eas tamen maximum discrimen esse peritiores jam dudum observaverunt. Hæc, politia scilicet Reipublicæ administrandæ modum considerat, atque in eo tota occupatur, ut, quibus legibus humana societas regi possit, quæ officia imperantium, ac subditorum sint, quomodo singulæ Reipublicæ partes sustineri, muniaque peragi debeant, tradat, exponatque. Illa contra civilem conversationem, qua sive ad exigentiam, sive ad mutua commoda, sive ad relaxandum animum utimur, spectat, quæ in ea peragenda, omittendave sint, docet, ac regulas, observationes, cautelasque præscribit. De novellationibus circa priorem, ut ut plurima sint, quæ moneri & possent, & deberent, impræsentiarum agere nec lubet, nec juvat. Novellationes circa posteriorem proinde præsentis conficiunt objectum meditationis.

## §. 2.

Sicuti Respublica sine Legibus subsistere nequit, ut  
TULLIVS a) hisce perhibet: *Mens, & animus, &*

a) pro Cluentio.

consilium, & sententia civitatis posita est in Legibus. Ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege, suis partibus, ut nervis, ac sanguine, & membris uti non potest; ita Nomothesia, seu legislatio potiore[m] Politicæ constituit partem. Leges utpote tantum in salutem, atque utilitatem Reipublicæ scriptæ, & pro temporum moribus, & pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus dandæ quidem sunt, atque aptandæ. Pulchre ide[m] TULLIUS b) inquit: *Nemo enim Leges Legum causa salvas esse vult, sed Reipubl., quod ex Legibus omnes rempublicam putant optime administrari; eas tamen non nisi, ex gravissimis, urgentissimisque rationibus innovare oportet.* Leges namque, quibus nati, enutriti, atque alluefacti sunt homines, non modo saluberrima Majorum inventa esse ducunt, verum etiam non secus, ac alteram vitam respiciunt, atque hinc sibi avelli graviter patiuntur, credentes vim inferri, omnes omnium securitates convelli, ac certas hactenus regulas, firmamque juris optimi constitutionem arbitrio instabilissimam cuiusque dedi. Adeo videlicet teste REBUFFO c) suis quilibet Legibus inescatus est, ut si quis omne genus Legum proponeret hominibus, & optimas sibi consideratis omnibus deligere juberet, singuli suas recepturi essent, eas omnium longe præstantissimas existimantes. Bene perspectum id quoque habebat CAROLVS MAGNVS, qui devictos Saxones legibus, Legatisque suis uti permisit, modo Christiani persisterent, præfectisque debita obedierent reverentia. Rem POETA SAXO d) ita effert:

Augu-

b) de invent. Rhotor. Lib. I. Cap. 38.

c) in Constitutiones Regias Proemii Glossa prima num. 3.

d) apud LEIBNITIVM Scriptor. Rer. Brunsvic. Tom. I. pag. 153.



Augustus pius ad sedem Saltz nomine dictam  
 Venerat. Huc omni Saxonum nobilitate  
 Collecta, simul has pacis leges inierunt:  
 Ut toto penitus cultu, rituque relicto  
 Gentili, posthac fidei se subdere vellent  
 Catholicæ, Christoque Deo servire per ævum.  
 At vero censum Francorum Regibus ullum  
 Solvere nec penitus deberent atque tributum  
 Cunctorum pariter statuit sententia concors.  
 Sed tantum decimas divina lege statutas  
 Offerrent, ac præsulibus parere studerent,  
 Ipsorumque simul clero, qui dogmata sacra,  
 Quique fidem domino, placitam, vitamque doceret,  
 Tum sub iudicibus, quos Rex imponeret ipsis,  
 Legatisque suis permisit legibus uti  
 Saxones propriis, & libertatis honore.  
 Hoc sunt postremo sociati fœdere Francis,  
 Ut gens & populus fieret concorditer unus  
 Ac semper regi parens æqualiter uni.  
 Hac igitur pacis se conditione fideles,  
 Se Carolo, natisque suis, stirpique nepotum,  
 Ipsius juraverunt per Secla futuros.

## §. 3.

At, quid si Leges sint imperfectæ? Nihilominus  
 ad novellationem haud statim provolandum est. Etenim  
 Legum (scribit VERNVLAEVS) e) imperfectionem  
 aliquam tolerare, quam mutando Reipublicæ statum  
 vertere longe præstat, aut præjudicium omnino sit  
 magnum.

## §. 4.

Cum etiam aut summa necessitas, aut summa uti-  
 litas expresserit; non tamen violente, ac subito, sed  
 leniter

e) Institut. Politic. Lib. III. Tit. 2. num. 5.

leniter, & pauxillatim fuscipienda est novellatio. Exemplo heic fit *AVGVSTVS*, qui referente *LIPSIO* f) sub initio imperii non omnia statim, uti decretum erat, exsecutus est: veritus, ne parum succederet, si simul homines transferre, & invertere vellet: sed quædam ex tempore disposuit, quædam rejecit in tempus.

§. 5.

Leges, ut vocant, sumptuariæ quantum Reipublicæ profint, credendum vix est. Ab experientia loquor. Regionem quandam cum prima vice inviserem, luxum ibi reperi modicum, sed pecuniam amplissimam. Post aliquot aristas eandem revidens stupebam auctum fastum, & diminutas opes. Necessum itaque foret, ut brevi novellatio tentetur, ac novis Legibus sumptuariis refrænatur luxus. Interim apparent raro nantes in hoc gurgite novellatores. Ecqua rei hujus causa? Ego non aliam dixero, nisi quod ejusmodi novellatio ad salutem Reipublicæ quidem conducatur, contra seu ærarium publicum, seu novellatorum erumenam parum condenset.

§. 6.

Leges sumptuariæ non plebeis, sed primoribus præcipue scribendæ sunt. Tum enim hi sunt, qui Luxui potissimum vacent, eumque in Rempublicam introducant. Tum etiam sequax vulgus luxum brevi compescet, ubi primores modum observare, & certos intra cancellos sese continere compererit.

§. 7.

De novellationibus, quæ circa emendationem rei judiciaræ, litiumque abbreviationem hodiedum non infrequentes sunt, heic dicere superfedemus. Materies



ries enim isthæc cum ampliorem disceptationem exigat, eam speciali Dissertatione, quæ tertio juridicarum causarum mearum tomo favente numine præmittetur, tractare fert animus. Tantum tamen heic memorare fas sit, a meta quam longissime aberrare eos, qui ad personas quæ rem judicariam tractare habent, nil attendentes, nodum in Legibus, ac modo, seu ordine tantum modo quærent. Similes mihi videntur patri-familias, qui satius ducit, supellectilem a domesticis minus curatam e domo projicere, quam ad poliendum pigros, admonitionumque furdos, vel stupidos dimittere famulos.

## §. 8.

Rem nummariam quod attinet, varias prohi dolor novellationis novimus species. Vel nempe improba plane moneta cuditur, cujus exempla ut ignorentur, optandum foret. Vel boni subditorum nummi colliguntur, ex iis aliquid detrahitur, vel immutatur, atque ita diminuti, vel mutati æquali prorsus valore restituntur. Vel omnis argenti, aurique seu facti, seu infecti substantia subditis extorquetur, officinis monetariis inferri jubetur, ac proprietariis chartacea redduntur, aut signa, aut schedæ. Vel aurei pene nummi permutatione attrahuntur, ut deficientis auri pretium in immensum crescat, ac postea magno valore moneta cudi possit. Vel bonum monetæ genus confarcinatur, minusque valens moneta cuditur.

## §. 9.

Omnes hos novellandi modos, & summe detestabiles, & naturali, gentiumque juri contrarios, & Reipublicæ damnosos, principalique nomini, ac splendori exitiales esse res ipsa loquitur. Majestaticè non minus

minus quam vere CHRISTIANVS IV. Daniæ Rex g) FRIDERICVM VLRICVM Ducem Brunsvicensem ea de re hilce admonuit: Den ersten Punct betreffend, können wir leicht erachten, wie Wir auch sonst berichtet seyn, daß man E. L. damit einen blauen Dunst für die Augen gemacht, daß aus einem Rthlr. etliche vil Daler der kleinen Sorten gemünzet, und dadurch E. L. Intra- den zwey oder drey doppelt gesteigert, und mit dem Ueber- fluß derselben Schulden und Beschwerden gedämpft wer- den können. Ob nun wohl solcher Ueberfluß bey uner- fahrnen im äußerlichen Ansehen etwa wohl einen Schein haben mögte, da doch die Sache auf innerliche Probe und vest gesetzt, besser nicht als die lose Münze selbst bestehen kan (dann der äußerlichen Verkleinerung E. L. Reputation, welche einem redlichen Manne, und zu voraus Fürsten bil- lig höher, als Land und Leute, ja als die ganze Welt und alle zeitliche Wohlfahrt, auch Leib und Leben, angelegen seyn soll; wie gleichfalls der Ubertretung der Reichs-Ord- nungen, wozu E. L. als ein vornehmes Mitglied des Rö- mischen Reichs nicht allein anderen geringern Ständen zum Exempel seyn, sondern auch, weil E. L. bey der Lehns-Em- pfängniß dieser und anderer Regalien einen uhrthätlichen End geleistet, des Gewissens halber verbunden seyn; noch zur Zeit gänzlich zu geschweigen, und den Nutzen allein an die Spizen zu stellen) so wird sich im Grunde der Wahr- heit nichts anders befinden, denn daß Landdrosten und der- selben Anhang den Vortheil nur allein davon ziehen, und E. L. zu dem unredlichen Schimpf von diesem Münzwerk den Schaden noch dazu haben, und derselben armen Land und Leute in unwiederbringliche Ruin und Verderb dadurch gar herunter gesetzt werden. Dan E. L. belangend, kan

dero.

g) Im Erinner- und Vermahnungsschreiben vom 23ten Dec. 1620. quod exstat in Domini de MOSER teuff. dem Hof-Rechte Tom. II. Num. I. pag. I. derer Beylagen.



deroselben unverborgen seyn, welchergestalt dieselbe so wohl Uns als anderen Herrschafften und auswärtigen Creditoren mit ansehnlichen Geld-Summen an schwerem Gelde und harten Rthlr. in specie verhasstet seyn, wann nun dieselbe mit dergleichen untüchtigen Sorten ihre ausgezahlte gute Gelder nicht verzinsset, vielweniger die Capitalien bezahlet nehmen wollen, so werden E. L. die Rthlr. in eben so hohem Werth, als sie in Dero Landen und anderswo gültig seyn, einwechseln, und der schlimmen Münze um so viel mehr als sonst bey vorigen richtigen Münzwesen dafür geben müssen, welches dann E. L. eingebildeten Vortheil wiederum hinwegfressen wird: Und obwol E. L. die aus ihrem Bergwerck genommene Silber etwan zu solcher Verzinsung vermünzen lassen wollten, weil wir jedoch vernehmen (inmassen Uns E. L. Wesen wenig verborgen bleibt) daß so wohl die Hölzung am Harke, als sonst hin und wieder durch Ausrottung und Verwüstung die Füsse merklich nach sich ziehen soll, dergestalt daß E. L. zu Dero Bergwerke, Nothdurfft und Behuff nunmehr das Holz aus fremden Fürstenthümern einkauffen und zuführen lassen muß, welches dann in Abzug der Bergintraden kommen, und dieselben zimlich verschmälern muß; als wissen Wir zwar nicht, ob dieselbe allein zu solchen hohen Verzinsungen anreichen werden, und da gleich dieselbe geschehen könnte, würden E. L. dennoch an solchen, des vermeinten Vortheils ja nicht zu gewarten haben; Gleichmäßige Bewandniß hat es mit alle demjenigen als Gewand, Seidenwahr, Gewürz, Wein, und andern, so E. L. zur Hofhaltung und Nothdurfft in großer Menge aus fremden Landen bringen lassen müssen, woselbst E. L. Münze entweder herunter oder gar abgesetzt, da E. L. alle solche Wahren daselbst mit schwehren Gelde, oder in eigenem und anderen Fürstenthümern, da die leichte Münze noch häufig, gleichwol nach schweren Werth (sintemahl solches alles auf die Wahren geschlagen wird, und dieselben

der

der Münze halber so hoch aufgestiegen seyn) bezahlen müssen; hingegen bleibt das Getreydig, worinnen E. L. Intradan vornemlich bestehen, mehrentheils im vorigen Kauff, wie dasselbige auch etliche Jahre her in gar geringem Preiß gewesen, und müssen E. L. sich dasselbe mit ihrer eigenen geringen Münze also bezahlen lassen; wie nun ein Haus (wornach die Rechnunge über andere auch leicht zu machen) hiebevör 10000 guter Rthlr. ertragen können, also bringet es anjesho nur 10000 schlechter Rthlr. womit E. L. wann Sie dieselbe zu obengedeuteter Behuf wider anlegen wollen, mehr nicht als mit 4000 Rthlr. ausrichten können, woben E. L. den grossen Abgang und Verlust an Ihren Aufkünften, weil die Rthlr. so hoch gestiegen, greiflich zu spüren und abzunehmen haben. Aus ebenmäßigem Grunde müssen E. L. Unterthanen, sonderlich aber die Ritterschafft und Bauwen, so sich von Ackerbau erhalten, und eben keine Gelder auf Zinsen stehen haben, ja mehrentheils in Schulden schon über die Masse beschweret seyn, nothwendig herunter kommen, und gar zu scheitern gehen, indem sie wolfeil verkauffen, und dagegen theuer einkauffen müssen, auch der Debitoren Schulden durch Steigerung der verschriebenen Münze noch zwey oder dremahl so hoch, als sie tempore contractus gewesen, aufgeschwollen seyn, welches endlich den Strich nicht halten kan, und obwol in Erwegung dessen E. L. dieselben durch ein in Druck verfertigte Constitution zu retten vermeinen, weil jedoch E. L. Unterthanen der Handlung an fremden Orten, da bemeldte Constitutio so wenig als die lose Münze gültig ist, durchaus nicht entrathen können, so möchte ihnen, sondern allen Zweifel, so wohl, als auch E. L. selbst mit Abschaffung des jezigen falschen, und Erinnerung des alten redlichen Münz-Gangs besser gerathen und abgeholfen werden, angesehen, daß auch die Gleichheit Handels und Wandels wieder aufgerichtet, die Theurung in etwas gedämpfet, und vieler ander Unrath weggeräu-



met werden könnte; solches hätten E. L. Land-Drosfen (denn es nunmehr ein Kind mercken kann) leichtlich zu begreifen, wann sie der Eigennuß und Geiß-Zeuffel nicht besessen, daß sie E. L. Reputation und Ausnahm des Landes und gemeinen Bestens Wohlfahrt, ja auch ihre eigene schwere Pflichten, Gewissen, und Gott den Allmächtigen selbst dagegen ganz und gar nicht zurück und auffer Augen gestellet hätten, denn sie und ihre Werkzeuge aus diesem Unwesen (welches unserm und aller Verständiger Erachten nach, E. L. und Deroselben Fürstenthüern weit schädlicher ist, als der Braunschweigische Krieg gewesen, noch des Spinolæ öffentliches Feldlager etwa der Pfalz anjese seyn kann, sintemahl nur ein kurz und zeitlicher Durch- und Ubergang ist, welchen folgende Jahre durch Gottes Seegen verhoffentlich wohl ersehen können, die durch unrichtiges Münz-Werck eingeführte Theuring aber in Ewigkeit gänzlich nicht abgeschaffet, und zu vorigem Stande wird wiederum gesetzt werden können) ihren Nußen und Gewinn rechtschaffen suchen, und den Braten nur einzig und allein davon ziehen, indem die Münz-Meister ihnen erslich von jedweder aufgerichteter Münze ihre willkührliche ansehnlichen Summen gleichsam zu Belohnung ihres jährlichen Fleißes reichen müssen, welches dann die Ursach ist, daß die Münze nicht allein verändert, sondern auch auf Kayserl. fiscalische fast ehrenrührige Anklage zum Spiegel-Zechten zwar so bald abgeschaffet (welches endlich so wohl E. L. als auch den Anstiftern, sonderlich weil die Kayserl. Authorität durch neulichen Böheimischen Sieg das Haupt wieder empor richtet, übel ausreissen dürfte) andere viel neue aber zu diesem Vorthail wieder angeleget seyn. Fürs andere, bringet ihnen die Liefferung, wie mans nennet, gar ein statliches; derowegen sie so eiffrig darauf seyn, und so wenig Eingriffe dazu leiden können, daß ihrer einer ohnlängst einen Hessen, so etliches Silber ins Land Braunschweig auf die Münz geliefert, nicht allein

lein unter einem güelichen Schein zu sich beschieden, und verrätherisch in die Hassft genommen, sondern ihn auch mit scharffer Bedrohung nicht ehe erledigen wollen, bis er ihn zu übermäßiger Straffe, welche ihm doch nicht gebühret oder zukommt, zu seinem Vortheil viel tausend Rthlr. endlich versprechen und verschreiben müssen, gerade als wenn sie in der Schinde- oder Schaberey eben das Monopolium haben müßten, und sonst niemand dazu zu verstaten wäre; und ob sie wohl zum dritten E. L. in beschwerlichen und kostbahren Sachen, als Kohlen und anderen Materialien (wodurch eine unwiderbringliche und den Nachkommen insonderheit unerträgliche Verwüstung angerichtet wird) den Vorzug gerne gönnen, so hat es doch in der freyen Ausbeute viel eine andere Gelegenheit. Dann wann dieselbe in drey Scheide geschlagen würde, nimmt ihrer einer zwey Theil hinweg, daß sich also E. L. als die sich auch nicht viel darum bemühen und sorgen dürffen, mit einem und also dem dritten Theil wohl begnügen und abspeisen lassen müssen.

§. 10.

Quando autem extrema, cui nemo sapiens legem ponit, necessitas urget, Principi metalla miscere, vel de pondere partem aliquam detrāhere quidem fas est. At, ubi necessitas transivit, prava ista moneta antiquanda est, & adulterandi licentia tollenda. Quippe propter pecuniæ pravitatem plerumque commercia cessant, & odio populus in Principem confurgit. Ipsa etiam annonæ & mercium caritas crescit, cum ita comparatum sit, ut, quod de pecuniæ bonitate detractum est, recuperare carius vendendo mercatores velint. Ita laudatus supra VERNVLAEVS h).

§. 11.

Dignissima novellationum mesfis, sunt tributa, census, contributiones, collectæ, collationes, vectigalia

D 3

h) cit. Libr. III. Tit. 7. num. 5.



lia, portoria, telonia, & cujuscunque demum generis fuerint, exactiones. In hæc incidunt, circum hæc laborant, ac sudant Novellatores, non secus ac messorum, quos flavis arvis agricola inducit. Fateor campum esse latissimum, fertilissimumque. At neque adeo facilis aditus, nec secula adeo tractabilis, ut quidam sibi imaginantur. Faciamus periculum.

## §. 12.

Quo leviora, & justiora tributa, eo tranquillior, eo beatiorem Rempublicam esse, commune politicorum fert axioma, cui non contradicunt, neque inficiantur, nisi fideles MACHIAVELLI asseclæ. Ad ductum axiomatis itaque omni studendum est modo, ut illæso Reipublicæ ærario census leniatur, atque ea vectigalium surrogentur genera, quæ subditis minime molesta sunt, et incommoda. Ast hoc opus, hic labor est. Et qui illud dextre executus fecerit, non modo omne punctum feret, verum etiam summis a Republica præmiis mactari meretur.

## §. 13.

Siquis propositum axioma ob nimiam difficultatem, subjectique raritatem quodammodo antiquatum obtulerit, nullus resisto. Quin potius ipsemet libere enuncio, novellatores fere plurimos lucrum ex omni occasione odorantes, fronte gravi, & supercilio tristi utilitatibus Fiscii contumaciter incumbentes, ac præter imperatas pecunias privato compendio suo servientes hodie in eo occupari, ut vectigalia multiplicentur, atque exasperentur. Hæc scilicet ars magna est, hæc occulta Philosophia, hic Philosophorum lapis, quem ego (ut verum fatear) nullatenus capio. Non capio enim, quid artis, ingeniive sit, multiplicare tributa quorum duodecim genera singulo die generandi

randi & hebetissimus capax est. Non capio pariter, qui homo vel parum humanus humanitatem adeo abiicere possit, ut infinitos miseros reddat, quo vel unius lucellum aucupetur, vel utilitate communi posthabita proprium tantummodo repleat marsupium.

§. 14.

Et qui caperem? Imprimis namque ejusmodi multiplicatores, dum Majestatem extollere praetendunt, principalem conscientiam dejiciunt, nomenque obfuscant; prout moribunde quidem, interim sat vive edisseruit Divus LUDOVICVS I) in supremo elogio suo PHILIPPVM affatus: *Fili religiosus imprimis erga Deum esto, benignus, ac liberalis adversus egentes, Legum, ac morum huius Imperii custos, ac vindex acerrimus; a vectigalibus, et tributis abstineto, nisi te summa vis necessitatis, ac utilitatis publicæ justissima causa ad hoc compellat: su minus tyrannum te potius, quam Regem futurum putato.* Dein mentham anethumque decimantes saepius commercium, verum Reipublicae thesaurum evertunt, ac destruunt. „Cum ante aliquot annos (magnus scribit CONRINGIUS) k) frumentum, quod in Dantiscanos & Pillavianos portus venerat, Rex Poloniae majori vectigali onerare decrevisset, eique a Batavis objiceretur, idem ex Moscovia peti posse, sicque Poloniae, & Dantiscanorum commercia facile inverti posse, ab incepto Rex, magno subditorum suorum bono destitit. Quotusquisque item est, qui non videat gravissimam, ex eodem fonte natam, commerciorum maris Baltici urbium jacturam? Dum scilicet omnes fere portus nimio vectigali gravantur, hinc fit, ut commercia inde in Moscoviam transferantur.

D 4

PORTO

i) apud BODINVM de Republ. Lib. VI. Cap. 2. p. m. 1025.

k) in Dissert. de Vectigalibus §. XXIV. Oper. Tom. IV. pag. 943.



Porro non tantum subditos interdum expellunt, ac Rempubicam incolis privant, verum etiam cruentarum sunt causa seditionum. De primo NAVARELLA 1) testatur. *Hujus mali haud alia causa est, quam enormitas tributorum, & aliorum onerum, quæ subditis imponuntur, cui cum ferendo minime pares sint, coguntur uxores suas & liberos, familiamque deserere, ut famem vitent, & alio se conferre, ubi spes aliqua melior affulget, atque ita agrorum suorum culturam penitus omittunt, & curam possessionum suarum abdicant.* Alterius exemplum, quod Neapoli anno 1647. vix absque simili extitit, hisce THEATRUM EUROPAEVM in). Als nun dieser erste Streich so wol gelungen, versamblete sich der Pöbel je mehr und mehr, in viel grösserer Anzahl, als zuvor, nicht allein auff offenem Markt, sondern auch an andern Orten der Statt, murreten immer stärker über die unerträgliche Auflagen, und daß sie die Zöll in keine wege mehr bezahlen wolten, rießten dabey ohne Scheu, Gott gebe dem König in Spanien langes Leben, und hol der Teuffel die böse Regenten, und wurd das Geschrey und Getümmel durch des Mas' Aniello n) sein neugeworbenes Regiment Buben, immer grösser, welche nunmehr andere Wehr bekommen hatten, und nicht mehr mit weissen stecken, wie anfangs, sondern theils mit grossen Prügeln, Picken, Stangen, Schauffeln und andern Instrumenten, so sie aus dem Thurn del Carmine genommen hatten, auffzogen. Da nun dieses also vorgieng, sprang dieser neue Obristle aus seinem Regiment hervor auff der höchsten Tisch einen, darauff die Früchte verkauft werden, rieß unerschrocken mit lauter und heller Stimm; Lustig, ihr liebe Brüder und Gefellen, dancket alle Gott, und der glor-

1) de Conservatione Monarchiæ Hispanicæ pag. 507.

m) Tom. VI. pag. 170.

n) alias Thomas Aniello.

glorwürdigsten Jungfrau Maria del Carmine, dann ewere Erlösung hat sich genahet: der arme Barfüßer und neue Moses, so Israel aus der Hand und Gewalt Pharaonis erlöset hat, wird euch gleichfalls aus dieser Tyrannen und den unsterblichen Zöllen erretten und frey machen. Ein Fischer, welches Petrus der heilige Apostel war, hat mit seiner Stimm die Statt Rom aus der Dienstbarkeit des Teuffels in die Christliche Freyheit gebracht, und mit der Statt Rom eine ganze Welt: Ein anderer und zweyter Fischer, welcher Mas' Aniello heist, wird die Statt Neapolis, und mit derselbigen ein ganzes Königreich von den vielfältigen Auflagen und Beschwerden erlösen, und selbige wieder in den guten Wolstand und wolseyle Zeit verhelffen, darin sie hiebevör gelebet hat; dann von heut an sollet ihr das unerträglich Joch von ewerem Hals abwerffen, welches euch biß dato niedergetrucket hat. Ich achte mein Leben selbst nicht hoch, frage nichts darnach, man mag mich in Stücke zerreißen, oder durch die ganze Statt Neapolis schleiffen, obschon das Blut häufig über meinen Leib herunter kenden und lauffen muß, achte ich es wenig, man hencke oder köpfe mich, und stecke diesen meinen Kopf auf eine hohe Stange wohin man will, man Kadbreche oder Biertheile mich als einen Aufrührer, so will ich doch solches alles gern austehen, dieweil ich weiß, daß ich also mit Ehren sterbe, und alle solche Wunden nichts als lauter Ehrenzeichen seynd, dann es kan ein Mensch sein Blut, ja sein eigen Leben, und alles was ihm lieb ist in dieser Welt, nirgends besser auffopfern, als vor die Wolfahrt seines Vaterlandes. Durch diese und andere dergleichen Reden wurden die Gemüther, so allbereit ziemlich erhist, noch heftiger bewegt, und angereist, das angefangene Werk fortzusetzen. Der Anfang wurde an der Zollhütten, so auff dem Markt stehet, gemacht, dieselbe zündeten sie mit Feuer an, welche so bald in der Aschen lag, und mit derselben zugleich alle der Zoll-



Verwalter Schriften, Bücher und andere Fahrniß, so  
 in gedachter Hütten gefunden wurde. Da dieses verrich-  
 tet, zogen sie weiter fort, und je weiter sie kamen, je  
 mehr der Hauff wuchse und zunahm: Unterdessen wurden  
 alle Krämm-Läden und Häuser zugeschlossen, dann es war  
 männiglich über diesem unversehnen Wesen sehr bestürzt,  
 viel bedachte es mehr ein Traum zu seyn, als daß sol-  
 ches also wahrhafftig vorgieng. Demnach nun etliche  
 tausent Personen beisammen waren, marchirten sie also  
 andern Strassen zu, in welchen Zollhütten stunden, als  
 der Früchte, Mehl, Fleisch, Fisch, Salz, Wein, Oele,  
 Käß, Seyden und anderer eßbarer Waaren, deren mußte  
 keine stehen bleiben, sondern alle eingäschert werden. Sie  
 trugen alles was nur in derselben zu finden war, als Do-  
 cumenta, Bücher, Unterpfind, allerhand Tapezerey,  
 Geld und Gelds werth, ja Stül und Bänk auf die Gas-  
 sen heraus, legten solches alles auf einen Hauffen, und  
 zündeten es also an: und ist hierbey höchlich zu verwun-  
 dern, daß unter so viel tausenden keiner das Herz hatte,  
 auch das allergeringste von solchen Sachen zu sich zu neh-  
 men, oder in seinen eigenen Nutzen zu wenden, da doch  
 viel baares Gelds dabey gefunden wurde, sondern es solte  
 alles dem Vulcano auffgeopfert werden, dann weisn es  
 (wie sie redeten) die quinta essentia ihres Bluts wäre,  
 müste nichts davon übrig bleiben. Diweiln sich nun je  
 länger je mehr Volcks zusammen schiug, und sie sahen,  
 daß ihnen kein Widerstand geschähe, wurden sie desto  
 vermessenner, und verfügten sich also, in die 10000 starck  
 zu deß Vice-Re seinem Pallast, ihrer viel hatten oben  
 auff die Spieß und Picken Brodt gesteckt, welches dieser  
 Zeit sehr klein, und eines nur 22. Unzen woge, schreyen  
 darneben wie zuvor, Gott gebe unserm König langes Le-  
 ben, und beschere uns wolfeile Zeit, und hol der Teuffel  
 das übel bestellte Regiment. Das neugeworbene Vuben  
 Regiment deß Mas' Aniello, schlug hierbey auch nicht  
 schlim

schlim zu, hielten alle sampt ihre Stangen, und was sie hatten, in die Höhe, an welchen sie oben alle mit einander ein schlechtes Stücklein Tuch oder Lumpen von schwarzer Farb gebunden hatten, schryen und riefen mit trauriger und halb weinender Stimm, daß es einen Stein hätte erweichen müssen: Erbarmet euch über diese arme Seelen in dem Fegfeuer, welche die grosse Noth nicht länger ausstehen noch ertragen können, derowegen ihr Vaterland verlassen, und andere Herberg suchen müssen: Ihr lieben Brüder und Schwestern, leget die Hand mit an, ein jeder prüfe seines eigenen Besten, und helff diese gemeine Sach, so viel müglich befördern, so wird einem jeglichen insonderheit auch geholffen. Hiernit festen sie ihre Reise fort, und zogen zu den Spanischen Gefängniß zu, San Giacomo genant, dieselbige erbrachen sie alle, lieffen die Gefangene loß, und nahmen sie in ihre Compagnie. Als sie nun vor deß Vice-Re seinem Pallast angelanget, sungen sie alle mit einander einmüthiglich mit lauter Stimm an zu schreyen, daß sie nunmehr nicht allein den Frucht-Zoll, sondern die andere alle mit einander, bevorab den Mehl-Zoll, wolten abgeschafft haben. Demnach der Vice-Re diesen Tumult vernommen, ist er an das Fenster gangen, hat dem Volk zugeruffen, und versprochen, ihren Willen zu erfüllen, diesen Zoll abzuschaffen, und den mit Mehl auch zu erleichtern. Herr Omnis aber war damit nicht zufrieden, sondern fuhr in seinem Geschrey fort, wolten alles oder gar nichts haben, wiederholten dabey jedesmahl ihr voriges Lied, daß Gott dem König langes Leben geben wolt, und solt der Teuffel das böse Regiment holen.

Denique miseriarum fabricatores non raro sibimet ipsis ultimam miseriam parant, artesque suas & sanguine, & capite luunt. Apposite omnino BODINVS O) inquit „Eorum (novorum scilicet tributorum) auctores miserando casu periisse videmus: ut Philistum  
„Diony-



„Dionysii tyranni parasitum, qui de arce tyrannidis  
 „tractus, ac trucidatus est a plebe syracusana: Pro-  
 „cletem Theodeberti Francorum Regis sectorem; qui  
 „a treverensi plebe lapidatus est, cum ad tributa im-  
 „peranda Regem impulisset; nec ita pridem Geor-  
 „gium Preschonem, Henrici Suecorum regis assenta-  
 „torem, qui plebis, in palatium irrumpentis, impetu  
 „omnibus tormentorum generibus cruciatus est, quod  
 „Regem, quem de Imperii sedibus plebs ipsa distur-  
 „bavit, ad rapinas invitaret. Quid Achæus Lydorum  
 „Rex? nonne consimili furore plebis correptus est, ac  
 „pedibus sursum, capite deorsum, aquam Fantali mo-  
 „do, nec quicquam ligurientis, suspensus, propter  
 „inexplebilem istam accumulandarum opum avidita-  
 „tem, quam incertum erat copia, an inopia magis  
 „inflammaret? Nonne Theodoricus Rex Francorum,  
 „quod populum tributis premeret, de Regno dejectus  
 „est? Unde porro Belgarum ab Hispanis rebellantium  
 „orta seditio, nisi ob id, quod Dux Albanus decimam  
 „rerum venalium illis imperasset? „

## §. 15.

Quod ultimum ne imposterum sanguifugarum,  
 quorum mortem magis humanus nolo, sed ut con-  
 vertantur, & vivant, ulli obveniat, maxime opto, ut  
 a melioris patris genio ante fatum admoneantur, omnes  
 æque, ac Comes de BUCKINGHAM, de quo stupen-  
 dum plane in modum Comes de CLARENDON p)  
 memorat „Un Officier de la Garde-robe du Roi, dans  
 „le château de Windsor, âgé d'environ 50 ans, &  
 „en reputation de probité & de sincerité, avoit été  
 „élevé, pendant sa jeunesse, dans un Collège à Paris,  
 „ou étoit Georges de Villiers, Pere du Duc, avec le-  
 quel

p) Dans son histoire de la rebellion & des guerres civiles  
 d'Angleterre Tom. I. pag. 552.

quel il avoit lié une amitié fort étroite; mais il ne  
l'avoit point vû depuis ce temps là. Environ 6. mois  
avant l'assassinat du Duc, lorsque cet Officier plein de  
santé, étoit couché dans son lit à Windsor, un hom-  
me d'un regard venerable lui apparut à minuit, tira  
les rideaux de son lit, & le regardant fixement, lui  
demanda s'il le reconnoissoit. Ce pauvre homme  
demi-mort de frayeur, ne repondit rien d'abord;  
mais étant interrogé une seconde fois, s'il ne se re-  
souvenoit point de l'avoir vû, il rappella dans sa me-  
moire l'idée de Georges de Villiers, par la ressem-  
blance du corps, & des habits dont il l'avoit vû se  
servir autrefois; enfin il lui dit qu'il le croyoit être  
Georges de Villiers. Cette personne lui repartit,  
qu'il avoit raison, que c'étoit lui même, & qu'il le  
prioit de lui rendre un service, qui étoit d'aller trou-  
ver de sa part le Duc de Buckingham son fils, & de  
lui dire qu'il fit tous ses efforts pour se rendre agrea-  
ble au peuple, ou du moins pour calmer les esprits  
irritez contre lui, autrement, qu'on ne le laisseroit  
pas vivre encore long temps. Après ces paroles la  
vision disparut, & l'Officier, soit qu'il eut été tout-  
à-fait éveillé ou non, dormit fort tranquillement  
jusques au matin. A son reveil il regarda cette ap-  
parition comme un rêve, & n'y fit pas beaucoup  
d'attention. Une, ou deux nuits après, la même  
personne lui apparut encore, au même endroit, &  
à la même heure, avec un visage un peu plus severe,  
& lui demanda s'il s'étoit acquitté de la commission  
qu'il lui avoit donnée? Comprenant bien qu'il n'en  
avoit rien fait, elle lui en fit des reprimandes fort  
aigres, & lui dit, qu'elle avoit attendu de lui plus de  
complaisance; que s'il n'executoit pas ce, qu'elle  
lui ordonnoit, il ne devoit esperer aucun repôs  
d'esprit, et qu'elle ne cesseroit jamais de le persecu-  
ter.



„ter. Il promet de lui obeir. Neanmoins le matin,  
 „il ne savoit à quoi se determiner. Une seconde ap-  
 „parition si sensible & si distincte, avoit peine à pas-  
 „ser dans son esprit pour un simple rêve; d'un autre  
 „côté l'elevation du Duc, la grande difficulté de lui  
 „parler, & encore plus de se faire croire, sembloient  
 „lui rendre impossible l'execution de cet ordre. Il  
 „balança quelques Jours sur ce qu'il devoit faire: mais  
 „enfin il se resolut d'en demeurer là comme il avoit  
 „fait la premiere fois. Il eut une 3. apparition, mais  
 „beaucoup plus effrayante, que les deux autres. Cet-  
 „te ombre lui reprocha d'un ton severe l'inexecution  
 „de la promesse qu'il avoit faite. Il repondit: Qu'ef-  
 „fectivement il avoit differé l'execution de ce qu'elle  
 „lui avoit ordonné, après avoir fait reflexion sur la  
 „difficulté de parler au Duc, ne connoissant personne  
 „qui eût avec auprès de lui. Que quand il obtiendrait  
 „la facilité de lui parler, il ne pourroit jamais lui per-  
 „suader, qu'il auroit été envoyé de cette maniere.  
 „Qu'il passeroit infailliblement pour un fou: ou pour  
 „un homme incité par sa propre malice, ou par cel-  
 „le d'autrui, à faire cette tromperie au Duc, auquel  
 „cas sa perte étoit inevitable. L'ombre lui repliqua,  
 „ce qu'elle lui avoit déjà dit. Qu'il n'auroit point de  
 „repôs qu'il n'eût accompli sa promesse. Mais elle  
 „ajouta, que le Duc son fils étoit de très facile accez,  
 „qu'il n'avoit jamais fait attendre long temps ceux qui  
 „avoient affaire à lui; que pour s'attirer une entiere  
 „confiance, il n'avoit qu'à lui dire 2. ou 3. particu-  
 „laritez, dont elle lui défendit de parler jamais à per-  
 „sonne, qu'au Duc; et que le Duc les ayant entenduës,  
 „croiroit tout ce qu'il lui diroit. Il ne pût resister à  
 „cette troisieme apparition; il partit dès le lendemain  
 „pour Londres: & comme il étoit connu particulie-  
 „rement du Chevalier Ralph Freeman, qui avoit  
 „épousé

„épouſé une Dame alliée de fort près du Duc; il alla  
„le voir, & le pria de lui aider de ſon credit; pour  
„le faire parler au Favori, l'assurant, qu'il avoit jdes  
„choſes importantes à lui dire qui demandoient beau-  
„coup de ſecret, & un peu de patience pour être  
„écoutées. Le Chevalier Ralph connoiſſoit la ſageſſe,  
„& la diſcretion de cet homme; il comprit par ce  
„qu'il avoit entendu, en termes généraux, qu'il y  
„avoit quelque choſe d'extraordinaire dans le ſujet de  
„ſon voyage. Il lui promit de faire cé, qu'il ſou-  
„haitoit, après qu'il en auroit entretenu le Duc. Dès  
„la première occaſion il informa le Duc de la bonne  
„réputation de cet homme, de ce qu'il ſouhaitoit, &  
„de ce qu'il ſavoit de l'affaire. Le Duc lui répondit  
„avec franchise, & ſa douceur ordinaire: Que le len-  
„demain matin il iroit à la chaffe avec le Roi, que ſes  
„chevaux l'attendoient au Pont de Lambeth, ou il  
„deſcendroit à 5. heures du matin. Que ſi cet hom-  
„me vouloit ſ'y trouver à la même heure, il lui  
„pourroit parler auſſi longtems, qu'il ſeroit neceſſai-  
„re. Le Chevalier Ralph ne manqua pas de conduire  
„ſon homme au lieu & à l'heure marquée, & de le  
„présenter au Duc à la deſcente du Batteau. Il en fut  
„reçu fort civilement, il ſe promena, & eut une  
„conferencé de près d'une heure avec lui. Il n'y  
„avoit en ce lieu la, que le Chevalier Ralph & les  
„Domestiques du Duc, tous ſi éloignez qu'ils ne pou-  
„voient entendre une ſeule parole, quoiqu' ils viſ-  
„ſent bien que le Duc parloit ſouvent, & avec action.  
„Ralph, qui avoit facilité la conferencé, & qui avoit  
„les yeux attachez ſur le Duc, le remarqua mieux que  
„les autres; & l'homme lui dit en retournant à Lon-  
„dres, que quand le Duc entendit les particularitez  
„qu'il lui avoit dites pour ſe rendre croyable dans tout  
„le reſte de ſon diſcours, il changea de couleur, &  
„jura



„jura, qu'il n'y avoit, que le Diable qui eût pû les fai-  
 „re connoître à cet homme, le Duc Seul en étant in-  
 „formé, & une autre perfonne, qui très affurement  
 „n'en avoit jamais parlé à qui que ce foit. Le Duc  
 „continua fon defsein de chaffe, mais on remarqua  
 „qu'il s'ecartoit toujours des autres, qu'il étoit dans  
 „une reverie profonde, & qu'il ne prenoit aucune  
 „part au divertissement. Il quitta la Compagnie avant  
 „midi, & alla mettre pied à terre a Whitehall, à  
 „l'appartement de sa Mere, avec laquelle il fut en-  
 „fermé deux ou trois heures. Le bruit de leur con-  
 „versation fut entendu dans les chambres voisines, &  
 „quand il sortit, on remarqua dans sa contenance  
 „beaucoup d'agitation, & de colere, ce qu'on n'avoit  
 „jamais vû dans aucune conversation avec la Com-  
 „teffe, pour laquelle il avoit toujurs eu un profond  
 „respect. La Comteffe de son côté fut trouvée toute  
 „baignée de larmes & dans une douleur inconcevable.  
 „Quoiqu'il foit de tout ce, que je viens de dire, c'est  
 „une verité notoire que quand elle recût la nouvelle  
 „de l'affassinat du Duc, qui arriva quelques mois après,  
 „elle ne parut pas fort surprise, comme l'ayant prevuë,  
 „& que dans la fuite on ne remarqua pas en elle l'af-  
 „fliction, qu'elle devoit avoir pour la perte d'un fils  
 „qui lui étoit si cher.

## §. 16.

Quo locupletius ærarium, eo potentior Respublica.  
 En alterum politicorum axioma, cui & ipse MACHIA-  
 VELLVS arridet. At, inquires, si nec vetus census  
 augendus, nec novus indicendus, qua ratione pecunia  
 comparari, ærariumque locupletari poterit? Num igitur  
 alii ditandi suppetunt modi? Suppetunt utique,  
 ipfisque novellatoribus abunde innotescunt.

## §. 17.

§. 17.

Legitimos tamen æque, ac communes, non nisi tres agnosco: videlicet parsimoniam, commercium, atque agriculturam. Adderem & quartum, ni de eo memorare, animique sensa pandere dies vetaret.

§. 18.

Parsimoniam, quæ magnum vectigal rectissime dicitur, dum novellatores parare tentant, eos a minutissimis plerumque ordiri videmus. Wann man (ita jam sæpius laudatus Dominus de MOSER) q) sieht, daß die bisherige verschwenderische Haushaltung nicht mehr gut thut, so fängt man an, mit aller Macht zu reduciren und zu sparen, aber meistens am unrechten Ort. Ich hab mehr als ein Gutachten von Reduction der Oeconomie ein- und andern Hofes gesehen, allemahl aber diesen Fehler dabey wahrgenommen. Nach dem einen sollten etliche Reut-Pferde, etliche Küchen-Jungen, und Mägde abgeschafft und ein paar Reut-Knechten, die sich krümm und lahme gedienet hatten, die Pension auf die Helffte gesetzt werden, hingegen bekame der Hofmeister etliche 100. Fl. Besoldungs-Zulage, die Livrées wurde kostbarer, die Tafel kleiner, aber leckerhaffter, und nach Jahr und Tag hatte man mehr ausgegeben, als vordem. In einem gewissen Hof ist ein annoch bekanntes Sprichwort von Laquanen-Taschen, welches einen gleichmäßigen Ursprung hat, da ein theurer Cameralist wohl beherzigte, daß der Fürst jährlich weiß nicht wie viel ersparte, wann die Laquanen, statt vier, nur eine Tasche hätten. Neque etiam parsimonia in eo consistit, ut absque omni discrimine argenti ratio habeatur, aut iis, qui Republicæ suam operam navant, parca tribuatur merces. At frugalitatis regulam servare, opera ad ostentationem unice tendentia non moliri, superfluum apparatus tollere, non

nisi

q) Im teutschen Hof-Rechte II Buch. IV. Cap. §. 4.



nisi de Republica meritis præmia largiri, otiosa, atque inutilia terræ pondera remove, iisque salaria denegare, fidos, probosque ærarii præfectos constituere, cervum centum florenis non emere, sed uno vendere, lapillos immensa pecunia non solvere, expendendi modum habere, ac similia alia, quæ Consilarii Viniarienses r) jamtum monuerunt, observare, veræ sunt opera parsimonix.

## §. 19.

Commercium Reipublicæ vires, magnamque potentiam esse, quotusquisque est, qui ignoret. Illud a recentioribus, & ut opinor, jure quidem dispefitur in extrinsecum, atque intrinsecum, seu in activum & passivum. Commercium extrinsecum, sive activum dicitur, vigore cujus merces in propria Republica factas in alijs ditionibus vendimus. Intrinsecum, sive passivum contra est, quod vel intra limites provincix nostræ subsistit, vel exteris tantum merces in regionem invehit.

## §. 20.

Sicuti (si grandia parvis assimilare liceat) non is, qui merces emit, sed mercator regulariter lucratur, & ditescit; ita etiam facile quis intellexerit, Commercium extrinsecum, sive activum Reipublicæ commoda proprie promovere, divitiasque avertere. Vere Anonymus, s) inquit „Depuis la liaison politique de l'Europe, le commerce exterieur est devenu le premier „fondement de la grandeur des Etats, parce que lui „seul peut procurer les richesses.

## §. 21.

r) Im Bedencken an Herzog Friederich Wilhelm zu Sachsen, den Zustand des Hof- und Cammer- Wesens betreffend, quod exstat in Dn. de MOSER teutschem Hof-Rechte Tom. I. Num. III. pag. 13. derer Beylagen.

s) Des Interets de la France mal entendus Tom. II. pag. 19.

§. 21.

Commercium intrinsecum, quod fines Reipublicæ  
 haud egreditur, nec res nostras auget, neque etiam  
 diminuit, commerciique nomen vix, ac ne vix qui-  
 dem meretur. Commercium vero intrinsecum pro-  
 prie tale, seu passivum pecunias evehit, nimium emun-  
 git, potentiam sensim de sensu infringit, & Rempubli-  
 cam supra modum debilitat. Imo quantumlibet acti-  
 vum commercium floreat, illud tamen haud tantum  
 prodest, quantum passivum, si activo prævaleat, nocet.  
 Evidentissimum hujus exemplum Autor *du Negotiant*  
*Anglois* t) exhibet, & rem, ut loquuntur, ad ocu-  
 lum demonstrat „par les comptes, que nous venons  
 „de donner, il a été importé dans le Port de Londres  
 „pour la valeur de . . . . 569126. l. 5. s. d.  
 „Et dans les autres Ports, ex-  
 „cepté Deal, Dearmouth,  
 „Whitby & Milford - - - 715293. 10. 3.  
 „Total des importations - - - 1284419. l. 15. s. 3. d.  
 „D'un autre côté, nos  
 „exportations du Port  
 „de Londres montent à 409563. l. 6. s. 4. d. }  
 „Celles des autres } 515228. l. 14. s. 3. d.  
 „Ports à - - - 105665. 7. 11. }  
 „Ainsi nous étions redevables  
 „aux François de - - - - 769190. l. 16. s.

Quæ si veritate nitantur, recte idem Autor definit.  
 „Il vaudroit assurément mieux payer cette somme à  
 „la France comme un tribut, que de la lui devoir par  
 „un commerce qui détruit notre navigation & nos  
 „manufactures; car de cette façon nos terres sont sans  
 „valeur & notre peuple sans occupation.

t) Tom. II. pag. 69.



## §. 22.

Ex his itaque colligamus, novellatores, qui ab una parte commercium activum introducere, promovere, ac dilatare, ab altera autem passivum comprimere, ac recidere fatagunt, vere magnos, publicique boni studiosos, qui circa intrinsecum hærent, Reipublicæ minus proficuos, qui passivo favent, periculosos, & qui nullam omnino commercii rationem habent, existere pestilentissimos.

## §. 23.

De agricultura memoratus supra Anonymus u) scribit. „La véritable puissance d'un Etat, est celle qui a pour base l'Agriculture. 1. Parce qu'elle est „au-dessus de tous les accidens étrangers. 2. Parce que „c'est une puissance créatrice, qui fortifie les nerfs des „Etats, en augmentant continuellement ses richesses. „Parce que tout y est réel. 4. Parce que ses productions sont independantes des préjuges, des goûts, „des caprices & des bizarreries des Nations.

## §. 24.

Sub agricultura autem continetur non sola cultura fegetum, verum etiam uvarum, lignorum, lapidum, metallorum, aliorumque similium, quæ fertilissima mater tellus in lucem edere consuevit. Dum vero hæc omnia regionem raro simul beant, sed notante VIRGILIO x).

*Hinc segetes, illinc crescunt felicius uvae  
Arboræi sætus alibi, atque injussa virescunt  
Gramina; nonne vides, croceos ut Tmolus odores,  
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.*

id genus studiose explorandum, ac præ cæteris excitandum est, quod ad efflorescendum aptissimum.

## §. 25.

u) Des Interets de la France Tom. I. pag. 9.

x) Georgic. Lib. I. vers. 54.

§. 25.

Qui recensiti tres modi ad actum redigi debeant, nec meum est jam disquirere, neque etiam una regula comprehendendi potest. Quod huic Reipublicæ conducit, illi interdum disconvenit; sapiusque majori prodest, quod minori quam maxime nocet. Hinc ad statum, & conditionem Reipublicæ præcipue respiciendum, atque ante omnia res ita ordinanda est, ne mercatores, agricolæ, vindemiatores, opifices, artiumque cultores aliis, & non sibi mellificent, nidificent, ac vellera ferant. Alioqui ardor, qui quemque civium ad navandam operam inflamat, vel in ipso ortu extinguitur, vel in progressu frigescit.

MEDITATIO V.

DE

NOVELLATORIBVS CIRCA CAUSAS PVBLICAS.

§. 1.

**P**ublica mihi sunt, quæ de ipsa Republica immediate, nimirum de Republica erigenda, acquirenda, transferenda, immutanda, defendenda, extendenda, dividenda, imminuenda, perturbanda, atque evertenda agunt. Horum quædam in propria provincia suscipimus, quædam in aliena, & quidem vel directe, vel indirecte, vel nullatenus in propriæ Reipublicæ commodum, sed alienæ tantum gratia. Veritas asserti nostri demonstratione, ac confirmatione eo quidem minus indiget, quo pluribus, ac notioribus historiæ abundant exemplis. Ut tamen memoria paulisper refricescat, unum, alterumve saltim heic subdere juvabit.

§. 2.

Ne decedente Hispaniarum Rege decem Belgii Provinciæ Regi Galliarum cederent, atque ita Fœderatum Belgium tremendo vicino potiretur, maximus tum temporis novellator, de WITT ex memoratis de-